15 Sept. 1735.

CENSURA

S. FACULTATIS PARISIENSIS

Lata in Libellum cui titulus :

*Conſultation ſur la Juriſdiction & Approbation néceſſaires pour Confeſſer, renfermée en ſept Queſtions, leſquelles ſont diſcutées exactement, ſuivant le Droit, les Canons, les Conciles, les Synodes, les Rituels, les Mandemens & Lettres Paſtorales de pluſieurs Evêques, les Canoniſtes, les Juriſconſultes, les Théologiens, les Décrets, Conſtitutions & Brefs de pluſieurs Papes, & les Décrets de la Faculté de Paris, &c. par M*** Prêtre du Diocèſe de *** M. DCC. XXXIV.* qui liber pridiè Nonas Januarii Anni 1735. à D. Syndico delatus eſt ad ſacram Facultatem.

EA fuit ſemper Novatorum conſuetudo, qui docentem Eccleſiam, non audiunt, ſed ejus autoritatem ſpernunt ac laceſſunt, ut curent parùm in iiſdem ſuis principiis conſiſtere; mutant pro conditione temporum, & dogmata ſua ad rem præſentem accommodant. *Tranſeunt*, ut loquitur ſanctus Hieronymus, *de falſitate ad aliam falſitatem*, *quia*

ſolida non ſunt eorum veſtigia, *quæ contra veritatem ſunt.* In hâc tamen eorum diversâ prorſus docendi ratione unus idemque eſt ſcopus, idem conſilium. Volunt ſcilicet, quâ omni valent induſtriâ, aſſeclas ſuos, quorum animas duces cœci quaſi captivas ducunt in perditionem, ne à caſtris ſuis deficiant, ſibi ſemper addictos continere, &, ne ad obſequium Eccleſiæ revertantur, ſtudent eorum ſemper rebellionem confovere. Quapropter prout fert diverſa partium ſuarum hominum indoles, prout exigit rei neceſſitas, docent, loquuntur, nec parcentes mendaciis, arte ſibi notâ edunt, ſparguntque libellos novos ſectæ heù! nimiùm fœcundæ partus uberes nimis. Clanculùm quidem & tacito ſcriptorum nomine, *volant libri* illi noxii, *urbibus & caſtellis ingeruntur*, iis ſcriptis *pro melle venenum*, pro veritate error *propinatur.*

Hier. Epiſt. 89.

Teſtis cæteros inter nefandus ille liber, quem Anno proximè elapſo ſolemni Cenſurâ ſacra Facultas Pariſienſis proſcriptum voluit. Teſtis & ipſe non exitialis minùs, in quem meritâ pariter animadverſione inſurgendum arbitramur. Autor prioris libelli, cùm nihil vereretur magis quàm ſi pœnitentes in illos inciderent Sacerdotes confeſſarios, qui, ut decet filios obedientiæ, Conſtitutionibus Apoſtolicis in Eccleſiâ & Regno vim legis habentibus corde & animo debitum obſequium præſtant, ſequaces ſuos à frequenti & ſalutari confeſſionis uſu liberos & immunes efficiebat; Autor verò Conſultationis ut aliquâ ratione conſulat nondum aſſuetis qui excutiant importunum (ut ipſe cenſet) confeſſionis jugum, plenam poteſtatem facit ſimplicibus fidelibus adeundi quoſcumque ſibi ſeligere voluerint Sacerdotes, à quibus, nullâ licet Epiſcoporum auctoritate delegatis, abſolutionis beneficium aſſerit obtineri.

Orthodoxa doctrina hucuſque in tuto eſſe videbatur duobus hiſce fulta præſidiis, nimirum & apertâ Concilii Tridentini declaratione de neceſſitate juriſdictionis ad abſolvendum validè, & lege ab eâdem ſacrâ Synodo latâ de obtinendâ à Preſbytero approbatione Epiſcopi, ad excipiendas Fidelium confeſſiones. Quod utrumque caput quoniam non audet Libelli Autor apertâ fronte impetere, videtur quaſi bonâ fide fateri & admittere dogma, quod tamen, vir duplex animo, habet in mente prorſus ſubvertere; non recurrit

tamen ad dolos, non quærit latebras & diverticula; nam se totum statim manifestum prodit, & illicò deserit quod secum ipse pugnans concessisse videbatur. Modò asserit absolvendi potestatem à jurisdictione non pendere; modò, ac si tamen jurisdictionis necessitatem agnosceret, contendit eam conferri cuilibet Sacerdoti in suâ Ordinatione, & ita firmiter adhærescere, ut nullâ Ecclesiæ lege subtrahi possit aut limitari.

Ubi autem idem Autor dogma de necessitate jurisdictionis attentavit proscindere, vir utique confidentissimus à sancitâ solemni lege approbationis obtinendæ Sacerdotes propriâ suâ autoritate eximit, atque ut vim Decreti quo premitur elevet, falsas hactenusque inauditas interpretationes adhibet. Debuisset profectò, præ pudore & ex conscientiâ, abstinere ab impugnandis veritatibus, quas à nemine Catholico hucusque fuisse impetitas ipse confitetur: at rei novitate minimè perterritus, pudorem omnem abjicit, novumque figmentum comminiscitur, asserendo videlicet Decretum illud Concilii non ad omnes ex æquo Sacerdotes pertinere, sed ad eos solos, qui tunc erant dignitatis, ut plurimum, immemores suæ; aut illud idem Decretum esse de solis Regularibus intelligendum; eodem denique Decreto labefactata fuisse & eversa Parochorum jura, quos priùs audiri oportuerat, & penès quos est, ubi tempus opportunum nancisci poterunt, eadem collapsa jura sibi vindicare.

Jam verò quænam sunt ista quæ Parochis jura tribuit? Ut nempè renuentibus Episcopis seligant sibi, etiam ex non approbatis succenturiatos Sacerdotes, quos tanquam operarios bonos mittant in vineam suam. Neque tantùm non approbatos in suis Parochiis constituant, sed etiam revocatos ab officio & interdictione mulctatos ab Episcopo; quod certè nihil aliud est quàm Ecclesiasticam Hierarchiam subvertere, ut jam regimen animarum ad Episcopum non pertineat in suâ propriâ Diœcesi.

Nec mirum certè si hucusque processerit, cum non tantùm ratione Sacramentorum administrationis, potestate pares Præsulibus Parochos efficiat, sed illos etiam hâc in parte erigere videatur suprà ipsos Episcopos, quos, ut potè positos à Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei, tenemur revereri ut nos-

tros in fide Patres, in quibus ſacerdotalis juriſdictio tanquam in ipſo fonte reſidet, ex quo fonte in alios ſecundi Ordinis miniſtros rivuli fluunt & emanant.

Placet inſuper eidem Autori, dum ſuprà modum extendit Parochorum jura, ipſis eandem tribuere in ſuâ Parochiâ poteſtatem exercendam, quam ipſe ſummus Pontifex habet in universâ Eccleſiâ, & quilibet Epiſcopus in ſuâ Diœceſi; & dum ſecundùm ipſius ſententiam, non poteſt Epiſcopus in Parochiis ſibi ſubditis adminiſtrare Sacramenta, ea eſt Parochi autoritas, ut ſine conſenſu Epiſcopi expreſſo vel tacito Parochianos etiam extraneos, ſive ex propriâ, ſive ex alienâ Diœceſi indiſcriminatìm excipiat, eorumque confeſſiones audiat; & ſic Epiſcopus, quem S. Petrus Apoſtolorum Princeps eſſe inſtitutum dicit, *ut gregem Dei paſcat*, non erit ulteriùs in ſuâ propriâ Diœceſi fidelium Paſtor, ſi quidem cum Parochis diviſum imperium vix obtinebit.

Epiſt. 1. §. 2.

Neque verò eſt quod Parochi ſibi gloriari poſſint de conceſſis aut vindicatis dignitatis ſuæ juribus ab Autore Conſultationis; ſi quidem mox tranſit ad alia principia quibus uno eodemque ictu & Parochorum & Epiſcoporum poteſtates & jura convellit, ſubvertendo penitùs ordinem illum rectum, quem ipſe Chriſtus Dominus ad regendos fideles ſapientiſſimus Legiſlator inſtituit, eo fine videlicet ut regnet & vigeat quæ ſervari debet in optimo regimine concordia cùm populos intèr & Parochos ſuos, tùm & viciſſim Parochos intèr & Epiſcopos, ut quiſque in ordine ſuo *præpoſitis ſuis* ſubditus ſit *& illis ſubjaceat.*

Hebr. 13. 17.

Cùm autem plurimùm interſit Autoris perfidi ad fucum faciendum, ut vera & non falſa, antiqua & non nova cenſeatur docuiſſe, Doctores Theologos & Juris-peritos ſingulis paginis laudat, eorumque teſtimonia vanâ eruditionis oſtentatione colligit, ut ſic *videatur de ſingulis quæ aſſerit præſtitiſſe rationem, quia ſingulis aſſertionibus ſuis quædam teſtimonia ſubdidit; ſed quæ, ſecundùm pravitatem* falſa ſæpiſſimè *referentis, ſolis* non attendentibus *blandiuntur & ſpeciem veritatis exhibent*; dum viri ſagaciores & rem diligenti examine perpendentes, fermè in omnibus ſummam hominis improbitatem & audaciam detegunt.

S. Hilarius lib. 4. de Trinit.

Cæterùm ubi per S. M. N. Leonorium de Romigny Syndicum pridiè Nonas Januarii præſentis Anni liber delatus eſt ad S. noſtram Facultatem, & Doctrinam in eo contentam idem D. Syndicus expoſuit, horruimus, intelleximuſque noſtræ eſſe ergà Religionem ſanctam obſervantiæ, & ſtudii quo Pariſienſes Magiſtri flagrare debent præ cæteris, ut Ordo noſter non ſileret; tam maximè operam noſtram repoſci, cum Novatorum quæ aſcendit ſemper ſuperbia jura Epiſcoporum audacter impetit, & antiqua Eccleſiæ dogmata, ſanctiſſimaſque ejus ſanctiones conatur ſubvertere. Itaque expendendum cenſuimus Libellum, adferendum noſtrum doctrinale judicium; atque idcircò more ſolito nominavimus Deputatos, qui perverſas propoſitiones extraherent, quibus ſubinde ſua nota ſingillatim figeretur.

Poſtquam autem auditâ DD. Deputatorum relatione, & habitis, ut poſcebat gravitas materiæ, duodecim generalibus Congregationibus, octoginta ſex Magiſtri ſuam dixiſſent ſententiam, S. Facultas ſuam Cenſuram tulit, non quidem in omnes propoſitiones pravas & damnandas, ſed in aliquas dumtaxat, ut ex illis, quas ad ſex præcipua capita revocavit, damnatis & notatis, cuique pronum eſſet agnoſcere, quàm ſit perverſum opus, quàm alienum à Doctrinâ catholicâ, & quantùm animabus fidelium nocere poſſet, niſi publicâ animadverſione plecteretur.

Cenſuit inſuper eadem S. Facultas abſtinendum à quibuſdam aliis propoſitionibus hîc recenſendis & notandis, quæ alios Autoris errores continent contra Epiſcoporum poteſtatem, ad quos pertinet concedere Preſbyteris juriſdictionem, quia cum Clerus Gallicanus in ſuis Comitiis annis 1656. & 1657. habitis, adverſùs hoſce eoſdem errores fortiter inſurrexerit, arbitrata eſt impræſentiarùm ſufficere, ut declaret, ſicuti facit & declarat, doctrinam pravam à Clero Gallicano circà præfatam materiam tunc temporis improbatam, à ſe ſimiliter vehementer improbari.

PROPOSITIONES EXTRACTÆ

Ex dicto Libello, unà cum notis & censuris cuilibet propositioni à Sacrâ Facultate affixis & attributis.

ARTICULUS PRIMUS.

De necessitate jurisdictionis ad validè absolvendum in foro Pœnitentiæ.

PROPOSITIO.

Premiere Question p. 11. 1. SA validité (du Sacrement de Pénitence) ne dépend pas de la jurisdiction.

CENSURA.

Hæc propositio est erronea, & sapit hæresim à Concilio Tridentino damnatam.

PROPOSITIO.

Page 13. Titre. 2. On ne peut prouver par la Tradition que la Jurisdiction est nécessaire pour absoudre validement.

page 12. 3. Il est constant que l'Eglise n'a point encore décidé que le défaut de jurisdiction ou de commission de l'Ordinaire, annulloit de soi le Sacrement de Pénitence.

Cas sur la Jurisd. pag. 45. Note. 4. Il n'est aucunement certain que le Concile de Trente ait prononcé qu'une Confession faite à un Prêtre qui n'a point de Jurisdiction, *est nulle de Droit.*

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, temerariæ & ad insinuandam hæresim contra apertam veritatem malignè prolatæ.

PROPOSITIO.

Premiere Question. p. 24. 5. Tous les Prêtres donc, les Pasteurs, & ceux qui ne le sont pas, sont unis dans le pouvoir de lier & de délier; & par l'institution de Jesus-Christ, tous ont des sujets. Ces sujets, sont le monde Chrétien.

CENSURA.

Hæc propositio, quæ asserit omnibus Sacerdotibus ex institutione

Christi attributos esse subditos in quos ligandi & solvendi potestatem in Ordinatione acceptam exerceant independenter ab Episcopi missione, hosque subditos esse Orbem Christianum, falsa est, Ecclesiasticæ Hierarchiæ destructiva & erronea.

PROPOSITIO.

6. La jurisdiction & l'approbation ne sont qu'accessoires & de discipline.

7. Les loix de la jurisdiction & de l'approbation sont des loix de pure police.

Cas sur la Jurisd. page 40. Note. Ibid page 37. Note.

CENSURA.

Hæ propositiones, quatenùs asserunt jurisdictionem in foro Pœnitentiæ ad puram politiam & disciplinam pertinere, temerariæ sunt & erroneæ.

PROPOSITIO.

8. Les Prêtres confessoient dans les premiers siécles de l'Eglise sans la permission des Evêques & des Curés.

9. Onze siecles s'étoient écoulés depuis la naissance de Jesus-Christ..... dans une si longue suite de siécles, on n'avoit point entendu parler, ou que fort peu, qu'il fallût autre chose que la qualité de Prêtre pour confesser & donner des absolutions valides & licites à des pécheurs secrets.

Seconde Question p. 36. livre. Ibid. p. 42. & 43.

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, & ex ignorantia constantis Ecclesiæ praxis temerè assertæ.

PROPOSITIO.

10. Les Prêtres reçoivent en même tems (lorsqu'ils sont ordonnés) la mission de leur Evêque, ou au moins sa permission, &..... par là ils deviennent capables, lorsqu'ils en seront requis par les Pasteurs ordinaires des Paroisses, ou que quelque pénitent aura des raisons de droit pour se soumettre à eux, d'exercer le pouvoir complet d'absoudre & de juger, qu'ils ont reçû lorsqu'ils ont été ordonnés.

Premiere Question p. 27.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & quatenus asserit præter potestatem in Ordinatione acceptam nihil aliud requiri in Sacerdote ad verè absolvendum, quàm ut vocetur à Parocho, aut voluntariè se subjiciat pœnitens, est erronea & viam invalidis absolutionibus aperit.

ARTICULUS SECUNDUS.

De autoritate Ecclesiæ circa Sacramentum Pœnitentiæ.

PROPOSITIO.

Premiere Question p. 17. Titre.

11. L'Eglise ne peut rendre invalide le Sacrement de Pénitence, quand le sujet qui le reçoit est bien disposé.

CENSURA.

Hæc propositio, quatenus asserit Ecclesiæ lege irritam fieri non posse absolutionem, est hæretica.

PROPOSITIO.

Ibid. page 19.

12. Tout le pouvoir de l'Eglise & du Pape ne s'étend alors qu'à des cérémonies de décence, & à des réglemens de bon ordre & de discipline, sans donner à prétendre que leur omission altere le fond du Sacrement.

CENSURA.

Hæc propositio intellecta de Sacramento Pœnitentiæ, est hæretica.

PROPOSITIO.

Ibid. page 8.

13. L'absolution donnée dans un tel cas (le cas de réserve) est-elle valide? le Concile (de Trente) n'a rien prononcé dans cette question.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & hæresi à S. Synodo Tridentinâ damnatæ favens.

PROPOSITIO.

Ibid. page 35.

14. Le Prêtre qui n'a que la puissance d'Ordre, est le Ministre de Dieu pour absoudre dans tous les cas, & toutes sortes de personnes, & lui reconcilier parfaitement le pécheur, mais il n'est pas le Ministre de l'Eglise, puisqu'il n'a pas son institution, & par-là il n'est pas propre pour lui reconcilier ceux qui l'ont offensée par leurs désobéissances, scandalisée & contristée par leurs crimes.

CENSURA.

Hæc propositio captiosa est, & quatenus innuit Sacerdotem qui

solam

solam habet Ordinis potestatem posse in omnibus casibus quoscumque peccatores verè absolvere & Deo perfectè reconciliare, hæresim sapit.

ARTICULUS TERTIUS

De Approbatione ab Episcopo obtinendâ.

PROPOSITIO.

15. La néceſſité de la prendre (l'approbation) n'eſt pas ſi conſtante, que ſon défaut rende le Sacrement *d'aucune conſéquence.* 7. *Queſt. page* 18. & 19.

CENSURA.

Hæc propoſitio falſa eſt, temeraria & Decreto Concilii Tridentini contraria.

PROPOSITIO.

16. Si l'on examine les termes du Decret (du Concile de Trente, Seſſ. 23. c. 15) & ſi on les lie avec ce qui précede & ce qui ſuit, le Decret paroîtra avoir été fait ſeulement pour ce tems malheureux, & contre les Prêtres qui vivoient alors, lequel, comme beaucoup d'autres Ordonnances du même Concile, après le remede apporté au mal, devoit reſter ſans ſuite, & laiſſoit les choſes dans le premier état. *Troiſiéme Queſtion page* 62.

17. Les Réguliers étoient les ſeuls...... dont le Concile a voulu parler, & qu'il ſoumet à prendre l'approbation de l'Ordinaire. *Ibid. page* 64.

18. Le ſens excluſif qui donne aux Evêques le droit d'approuver à l'excluſion des Curés, paroît donc étranger au Concile, & ſi étranger à mon jugement, qu'on ne peut l'admettre ſans...... que le Concile tombe dans une contradiction conſtante avec lui-même. *Ibid. page* 69.

19. Le Concile (de Trente) bien entendu, eſt plus favorable ſur l'Article de l'approbation aux Curés qu'aux Evêques. *Ibid. page* 71.

CENSURA.

Hæ propoſitiones falſæ ſunt, temerè aſſertæ, Decretum Concilii perversè interpretantur, & ejus menti manifeſtè repugnant.

PROPOSITIO.

20. Le droit d'approuver les Confeſſeurs, n'eſt point dévolu aux Evêques, à l'excluſion des Curés, par aucune Loi de l'Egliſe. *Quatriéme Queſtion page* 85.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & de juribus Episcoporum detrahit.

PROPOSITIO.

Troisiéme Question page 75. 21. L'approbation des Confesseurs par l'Evêque à l'exclusion des Curés, peut passer pour un jugement contre les Curés qui n'ont point été appellés, qui auroit été rendu par ceux qui paroissant partie dans l'affaire, n'en doivent pas être les solliciteurs & les juges, contre lequel par consequent les Curés sont en droit de se pourvoir quand ils en auront la liberté.

CENSURA.

Hæc propositio est scandalosa, in S. Synodi œcumenicæ contumeliam prolata, de autoritate Ecclesiæ derogans, & in schisma inducens.

PROPOSITIO.

Ibid. page 22. Tout manque....... au Decret de l'Approbation des Confesseurs par l'Evêque.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, in PP. Tridentinos injuriosa & Decreti à Concilio lati eversiva.

PROPOSITIO.

Septiéme Question p. 18. Titre. 23. Les Curés, dans les besoins pressans de leurs Eglises, peuvent commettre des Prêtres point approuvés de l'Evêque.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, Concilio Tridentino contraria, & ut talis à Sacrâ Facultate jam damnata.

PROPOSITIO.

Ibid. page 23. 24. Les Curés qui ont la jurisdiction ordinaire dans leurs Paroisses & sur leurs Paroissiens..... leur peuvent donner des Confesseurs point approuvés de l'Evêque, quand les Evêques refusent injustement d'en approuver, ou n'en approuvent que de mauvais.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa, disciplinam Ecclesiæ intervertit, & ad mentem Auctoris intellecta, in schisma inducit.

PROPOSITIO.

25. Les Evêques tiennent du Roi le pouvoir d'approuver à l'exclusion des Curés. Quatrié[me] Question 90. Titr[e]

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, scandalosa, & quatenùs asserit à Rege concessam esse Episcopis rem merè spiritalem, in Christianissimum Principem est summè injuriosa.

PROPOSITIO.

26. Si les Evêques approuvent les Confesseurs des Paroisses par exclusion des Curés, c'est qu'ils l'ont demandé & obtenu du Roi, &.... cet usage est très-récent. Cas sur Jurisd. pa[g.] 40. Note.

27. Les Evêques jugerent donc que ce seroit plutôt fait de recourir pour une chose purement ecclésiastique & spirituelle au pouvoir absolu du Roi & d'en obtenir un Edit. Il fut donné au mois d'Avril 1695. dans un tems où la nécessité des affaires, & le besoin d'une forte subvention du Clergé, obligeoit le Roi à accorder tout aux Evêques. Quatrièm[e] Question [p.] 92.

CENSURA.

Hæ propositiones in Gallicanos Episcopos, Regemque religiosissimum calumniosæ sunt, impudenter & malignè contra ipsa Edicti Regii verba prolatæ.

PROPOSITIO.

28. Les Curés pouroient donc.... demander sans scrupule à la Puissance séculiere, la liberté de rentrer dans des droits qu'ils n'ont quitté, & dont le Roi plutôt que les Conciles ne leur a ôté l'usage qu'à la sollicitation des Evêques, & après avoir suggeré à son Conseil que c'étoit faire le bien de l'Eglise. Septièm[e] Question p. 20.

CENSURA.

Hæc propositio in Episcopos per calumniam prolata, Ecclesiastici statûs perturbativa est & ad schisma provocat.

ARTICULUS QUARTUS.

De Episcoporum potestate negandi approbationem & concessam revocandi.

PROPOSITIO.

Septiéme Question p. 1.

29. On est...... bien fondé à soutenir que par le refus injuste de l'Evêque d'approuver, le droit revient au Curé qui rétabli alors dans son droit peut l'exercer en faveur de la personne injustement refusée.

Ibid. page 7.

30. Un Curé zelé, un véritable Pasteur..... ne pourra-t-il point dans des besoins si réels & si pressans..... envoyer dans sa vigne de dignes Ouvriers..... qu'un Evêque refuse sans raison d'approuver?

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, temerariæ, animarum saluti noxiæ & Ecclesiasticam Hierarchiam perturbant.

PROPOSITIO.

Cinquiéme Question p. 103. & 104.

31. Je n'oserois..... soutenir.... que les confessions qu'un digne Ministre injustement revoqué entend dans le besoin sans s'y pousser de lui-même, mais en déferant à la lumiere des autres, & avec le consentement du Curé, sont de nulle conséquence.

Septiéme Question p. 21.

32. L'approbation de l'Evêque ne donne pas le mérite, mais le trouve dans le Prêtre qu'il approuve. Si le mérite est constant, si des besoins pressans demandent son ministere, l'Evêque qui le retire de l'emploi est déja condamné, & l'Eglise ne peut que louer & approuver le zéle d'un Curé qui employe un digne Ministre dans le besoin & pour l'utilité des peuples.

CENSURA.

Doctrina quam hæ propositiones menti exhibent, falsa est, Sedi Apostolicæ, Conciliis provincialibus, & præsertim S. Œcumenico Tridentino contraria, viamque sternit ad sacrilegas absolutiones.

ARTICULUS QUINTUS.

De jure Episcoporum per se vel per alios administrandi Sacramenta in Ecclesiis Parochialibus.

PROPOSITIO.

33. Le Curé est le propre Prêtre, le Pasteur spécial & particulier, qui a une jurisdiction ou une puissance de gouvernement immédiate & la plus prochaine sur le peuple qui lui est soumis, laquelle le rend Vicaire de J. C. dans sa Paroisse, comme l'Evêque l'est dans son Diocèse, & le Pape l'est dans toute l'Eglise. *Sixiém Question 110.*

CENSURA.

Hæc propositio captiosa est, & hæresim sapit.

PROPOSITIO.

34. Le Concile..... de Trente n'a point dit..... que l'Evêque avoit plus de puissance & d'autorité pour l'administration des Sacremens ordinaires, soit pour les administrer ou faire administrer dans une Paroisse, que le Curé même. *Ibid. pag 105.*

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & hæresi à Concilio Tridentino damnatæ favet.

PROPOSITIO.

35. Comment... peut-on soutenir.... que les Evêques... sont en droit de mettre des Confesseurs dans les Paroisses indépendamment des Curés, & d'y faire, & d'y faire faire toutes les fonctions. *Ibid. page 109.*

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, de juribus Episcoporum detrahens, & intellecta eo sensu quòd Episcopus per se non possit Parochorum munia in quâlibet Parochiâ sibi subditâ exercere, est hæretica.

PROPOSITIO.

36. Un Evêque.... n'est qu'*habitu* le Recteur des Paroisses de son Diocèse.... ou le Pasteur commun des Paroisses. *Ibid. page 112.*

CENSURA.

Hæc propositio, quæ tollit ab Episcopo immediatum regimen Parochiarum suæ Diœceseos, est ministerii Episcopalis eversiva & verbo Dei contraria.

PROPOSITIO.

ixiéme ɛestion p. 7. — 37. La Faculté de Théologie de Paris l'enseignoit dans le treiziéme siecle.... qu'il n'étoit pas permis de se confesser même au Pape ou à l'Evêque, à leurs Pénitenciers, ou à ceux qu'ils commettoient sans le consentement du Curé. Les Théologiens & les Canonistes d'aujourd'hui abandonnent communément ces sentimens, mais ils ne sont pas décriés jusqu'au point qu'ils doivent passer pour des erreurs.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, S. Facultati perperàm affingens doctrinam quam ipsa ut erroneam expressè & unanimiter reprobavit Anno 1252. & dum negat erroneam esse hanc doctrinam; errori sæpiùs damnato apertè patrocinatur.

PROPOSITIO.

bid. page 6. — 38. C'est un Ordre établi par Jesus-Christ dans son Eglise; par conséquent Ordre respectable, auquel les hommes ne peuvent deroger, que les Prêtres Séculiers & Réguliers approuvés de l'Evêque, ne confessent dans les Paroisses que du consentement des Curés.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, & de jurisdictione, quæ Episcopis jure divino competit, derogans.

PROPOSITIO.

Ibid. page 60. — 39. Je sçais qu'il y a des Théologiens qui enseignent que l'Evêque peut de droit, & malgré les Curés, commettre des Confesseurs dans une Paroisse..... si ces Théologiens parlent absolument, je les abandonne comme ayant avancé une doctrine insoutenable que l'antiquité n'a point connue, qui n'est appuyée sur aucun texte de droit, & qui se trouve contraire au Concile de Trente.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa & temerè asserta.

ARTICULUS SEXTUS.

De necessariâ Parochis Approbatione Episcopi ad alienos Parochianos absolvendos.

PROPOSITIO.

40. Les Curés n'ont point besoin de l'approbation expresse ou tacite de l'Evêque pour entendre les confessions des autres Paroissiens, & les absoudre, il leur suffit d'avoir le consentement du Curé de ceux qui s'adressent à eux. *Cas sur Jurisd.p. 37. Not*

41. Les Prêtres..... s'ils sont Curés, il est incontestable qu'ils peuvent confesser les Paroissiens des autres, même d'un autre Diocèse avec la seule permission des Curés. *Septièm Question p. 1.*

42. Un Evêque ne peut empêcher les Curés de confesser les Paroissiens des autres, quand c'est l'usage du Diocèse, quand c'est dans leurs Eglises qu'ils les confessent, & ailleurs avec le consentement des Curés de ceux qu'ils confessent. *2. Let page 25. litre.*

43. Aucun droit n'autorise l'Evêque à défendre à un Curé de confesser les Paroissiens des autres, quand les Curés y consentent, & que c'est la pratique générale du Diocèse. *Cas sur Jurisd.pa 40. Not*

44. L'Evêque peut défendre à un Curé de confesser les Paroissiens des autres sans la permission de leur Curé, mais il ne peut pas, s'il les confesse avec la permission de leur Curé. *Ibid. pa 35. Note*

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, & de juribus Episcoporum derogant.

Non intendit autem Sacra Facultas alias propositiones contentas in Libello approbare, cùm jàm suprà declaraverit non omnes quæ censuram merentur à se extractas fuisse ac damnatas, & reipsà plurimæ supersint adhuc non exitiales minùs & pravæ, quæ pariter notari potuissent & damnari.

Lectum & confirmatum in Congregatione generali, die 15. Septembris Ann. 1735.

De Mandato D. DECANI & DD. Magistrorum Sacræ Facultatis Parisiensis, HERISSANT, *Scriba.*

PARISIIS,
Apud Viduam MAZIERES & J. B. GARNIER, Reginæ ac Serenissimæ Delphinæ Typographos & Bibliopolas, viâ Jacobæâ, sub Signo Providentiæ.